UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De b[e]n[e]dict[i]o[n]e Ruben

urn:nbn:de:hbz:466:1-69610

Visual Library

De bñdictōnib⁹ datis populo.

benedictōe qua abūdat in mulierib⁹ ſic eſt cā corporalis generatiōis
de ipſa. ⁊ illa ſit cā ꝯſequentiū. Patȝ ꝙ in ipſa ⁊ ſua benedictōne iſte
benedictōes cauſaliter ſunt incluſe.

SEquit videre de benedictōnib⁹ quib⁹ benedixit Moyſes iſrael
precepta dñi ſeruāti dicens. Deutro. xxviij. Benedictus tu in
ciuitate. ⁊ bñdictus tu in agro. benedictus fructus ventris tui. ⁊ fru
ctus terre tue. fructus quoqȝ iumentoꝝ tuoꝝ. greges armentorū tu
orū. ⁊ caule ouiū tuarū. benedicta horrea tua. ⁊ benedicte reliq̄e tue.
et eris bñdictus egrediēs ⁊ ingrediens. dabit dñs inimicos tuos q̄
ꝯſurgent aduerſus te corruentes in ꝯſpectu tuo. p vnā viam venient
ꝯtra te. ⁊ p aliā fugient a facie tua. emittet dñs bñdictōem ſup cella
ria tua ⁊ ſup oīa opera manuū tuarū benedicetqȝ tibi in terra quaȝ
acceperis. ſuſcitabit te dñs in populū ſanctū ſicut iurauit tibi. ſi cu
ſtodieris mādata dñi dei tui ⁊ ambulaueris in vijs eius videbunt
oēs terraruȝ populi ꝙ nomē dñi inuocatum eſt ſup te. ⁊ timebūt te
abūdare te faciet dñs in omib⁹ bonis. fructu vteri tui ⁊ fructu iumē
torū tuorū fructuqȝ terre quā dñs iurauit patrib⁹ tuis. quā dabit ti
bi. aperiet tibi theſaurū ſuū optimū celū vt tribuat pluuiā terre tue
in tēpore ſuo. benedicet cūctis operib⁹ manuū tuaruȝ. ⁊ tu fenerabis
gentib⁹ multis. ⁊ ipſe a nullo fenus accipies. ꝯſtituet te dñs deus tu
us in caput ⁊ nō in caudam. ⁊ eris ſemp ſupra. ⁊ nō ſubtus ¶ Et po
Bñdictiones nouemdecim.
nūtur hic. xix. benedictōes. Prima eſt gratia ꝯtemplatōis. ⁊ hoc eſt
benedictus tu in ciuitate. Secūda eſt gratia actōis. ⁊ hoc eſt. benedi
ctus in agro Vñ glo. eſt benedictionū ꝯtemplatiue ⁊ actiue. Tercia
eſt puritas ꝯtemplatōis. ⁊ hoc eſt. benedictus fructus ventris tui.
Quarta eſt vtilis operatio. ⁊ hoc eſt fructus terre tue. Quinta ē in
alijs fructificatio. Et hec eſt triplex. In laycis. In clericis. ⁊ religio
ſis Prima p iumēta. ſecūda p armenta. tercia p caulas ouiū. Sexta
eſt virtutū frugalitas. Et hoc dupliciter. vel q̄ꝫtum ad actū. ⁊ h̄ eſt.
benedicta horrea tua. Glo. virtutū cuſtodia vel q̄ꝫtum ad habitū. ⁊
hoc eſt. benedicte reliquie tue. Vñ gloſa. Bona volūtas que rema
net poſt opera. Septima eſt felix ꝯſummatio. Et hec eſt duplex. q̄ꝫ
tum ad opatōem boni. ⁊ hoc eſt benedictus ingrediens. vel q̄ꝫtuȝ ad
euaſionē mali. ⁊ hoc eſt. benedictus egrediens Glo. ingrediēs in pce
ptiōe pmij. egrediens ab hac vita ad eternā. Octaua eſt victoria ten
tationū. ⁊ hoc eſt. dabit dñs inimicos tuos. Nona eſt cū tentatōne
ꝯuentus. ⁊ hoc eſt p vnā viā venient ad te. Decima eſt ſpūalis refe
ctio. ⁊ hoc eſt. emittet dñs bñdictōem ſup cellaria Et hec eſt duplex
de gratia ꝯtritōis. ⁊ hec eſt bñdictio ſup cellaria. ⁊ de labore ſatiſfa
ctōis. ⁊ hoc eſt ſup opa manuū tuarū. Undecima eſt celeſtiū dono
rū multiplicatio. ⁊ h̄ eſt. bñdicetqȝ tibi in terra quā accepis. vñ glo.

celeſtiū multiplicatio bonoꝝ Duodecima eſt ſctōꝝ aſſociatio. ꝛ hoc eſt. ſuſcitabit te dn̄s ſibi i populū ſanctū Tredecima ē hoſtilis timoris incuſſio. ꝛ hoc eſt. videbūt oēs populi terraꝝ ꝙ nomen dn̄i inuocatū eſt ſup te ꝛ timebūt. Quartadecima eſt tpaliū ꝛ ſpūalium ſucceſſio. ꝛ hoc eſt. abūdare te faciet dn̄s in oib⁹ bonis. Quindecima ē in ſubditis ꝓſperatio. Et hec triplex. ꝯtēplatiui. ꝛ hoc eſt. bn̄dictus fructus vētris tui. ſpūales filij clerici. ꝛ hoc eſt fructus iumētoꝝ. layci ꝛ hoc eſt. fructus terre. Sedecima abūdātia ſapientie diuine. ꝛ h̄ eſt. apiet dn̄s theſauꝝ ſuū optimū. Decimaſeptima eſt doctrine p̄eminentia. ꝛ h̄ eſt. celū ꝛ pluuiā terre ꝛc̄. Decima octaua bonoꝝ operū frequētia. ꝛ hoc eſt. bn̄dicetqꝫ cūctis opib⁹ manuū tuaꝝ. Decimanona ē dignitatis excellētia. ꝛ hec eſt triplex. in dādo ꝛ nō accipiendo. ꝛ hoc eſt. tu feneraberis gentib⁹ multis. in dn̄ando ꝛ nō ſeruiēdo et hoc eſt in caput ꝛ nō in caudā. in regēdo ꝛ nō ſubeſſendo. ꝛ h̄ ſupra ꝛ nō ſubtus ¶ Hui⁹ bn̄dictōis ſufficientia ſumit̄ in hūc modū Bn̄dictio eccl̄ie ē vel q̄ꝫtū ad ꝯtēplatōem. vel q̄ꝫtū ad actōem. Si ad actōem. vel ē ordinata in bonū vel ꝯtra malū Si in bonū. vl̄ eſt in bonū meriti. vel in bonū p̄mij. Si in bonū meriti. h̄ eſt vel i opibus vel ꝟtutib⁹. Si in opib⁹. vel in genere vl̄ in ſpecie. Si i genere vel hec ē ꝯtēplatio. ꝛ h̄ eſt bn̄dict⁹ tu in ciuitate. vel ē actio. ꝛ h̄ ē bn̄dict⁹ in agro. Si in ſpecie. vel ē in ſe vel in ſubditꝪ. Si in ſe vel ē interi⁹ vl̄ ē exteri⁹. Si interi⁹ ſic ē bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui. ſi exterius ſic ē fruct⁹ terre. Si āt eſt op⁹ in ſubditꝪ vel ē in laycis. ꝛ ſic ſt̄ iumēta. vel in clericꝪ. ꝛ ſic ſt̄ armēta vel in religioſis. ꝛ ſic ſunt caule ouiū Si āt ē bonū meriti in ꝟtutib⁹ vl̄ in actu. ꝛ h̄ eſt horrea. vel i habitu. ꝛ he ſt̄ reliq̄e. Si āt ē bonū p̄mij. vel ē in bono vel malo Si i bono h̄ ē ingrediēs. ſi i malo. ſic ē egrediēs. vn̄ glo. de p̄nti vita ad eternā Si āt ē actiua ꝯtra malū. ſic ē cū tentatōe ꝓuect⁹. ꝛ h̄ ē. dabit dn̄s inimicos tuos. Si āt ē bn̄dictio ꝑtinēs ad ꝯtēplatōem. vel h̄ ē q̄ꝫtū ad vitā. vel q̄ꝫtū ad doctrinā. Si q̄ꝫtū ad vitā. vel in ſe. vel reſpectu alioꝝ. Si in ſe vel ē delectabile. vt ſpūale gaudiū. ꝛ hoc eſt vel in bn̄do vl̄ in recipiēdo. ꝛ h̄ ē. cellaria tua. vl̄ i agēdo. ꝛ h̄ ē. i opib⁹ manu. Uel ē vtile vt multiplicatio bonoꝝ. ꝛ h̄ ē bn̄dicta terra tua. Uel eſt honeſtū. vt ꝯſortiū bonoꝝ. ꝛ h̄ ē ſuſcitabit te i ppl̄m ſctm̄ Si āt ē reſpectu alioꝝ. h̄ eſt reſpectu inimicoꝝ vel amicoꝝ Si reſpectu inimicorū. tūc ē qd̄ d̄r. videbūt te oēs. Si reſpectu amicoꝝ. vel in ſe vel i ſubditis. Si in ſe. h̄ ē abūdare te faciet dn̄s. Si in ſubditꝪ vel h̄ ē i religioſis. ꝛ h̄ ē fruct⁹ vētris tui. vel in clericꝪ. ꝛ h̄ ē fruct⁹ iumētoꝝ tuoꝝ. vl̄ in laicꝪ. h̄ ē fruct⁹ terre. Si āt ē ꝑtinēs ad doctrinā. vl̄ eſt i cognoſcēdo. ꝛ ſic ē. apiat tibi dn̄s theſauꝝ ſuū. vl̄ ē i docēdo. ꝛ h̄ ē pluuiā tribuat tibi. vel ē in agēdo. ꝛ h̄ eſt triplr̄. in ſe. ꝛ h̄ ē bn̄dicet opera manuū tuarū. vel reſpectu alioꝝ. ꝛ tūc eſt vel reſpectu dn̄oꝝ. vl̄ do

Sufficiētia benedictionis

ctoꝝ. vel ꝑlatorũ. de ꝑmo feneraberis gentibꝫ multꝭ. de ſcdo in caput
ꝛ nõ in caudã. de tercio ſupra. ꝛ nõ ſubtus. q̃ſi diceret. erit magiſter
Bñdictiones et nõ diſcipul'. dñs ꝛ nõ ſeru'. ꝑlatus ꝛ nõ ſubditus. ¶ Qualr aũt
iſte cõueniunt iſte bñdictões ꝯueniãt beatiſſime virgini facile eſt videre. Gratiã em̃
Marie. ꝯtẽplatõis habuit in ſummo q̃ ꝑfecte diuinitatis ꝛ humanitatis ſa
cramenta cognouit in via. In actõe ꝑfecta fuit. qꝛ oĩbꝫ opibꝫ meru
it. Bñdictũ fructũ ventris habuit. qꝛ pura in ſummo mater corpa
liter ꝛ ſpũalr fuit. Fructificatõnem in alijs pre oĩbꝫ alijs habuit. qꝛ
mater virginũ oĩm ꝛ oĩm clericoꝝ ꝛ oĩm religioſorũ ꝑ ꝯtinentiã ex
titit. imo qꝛ omniũ bonorũ mater fuit. Itẽ frugalitatem virtutũ in
ſummo habuit. qꝛ oẽs virtutes vie ꝑ modũ patrie habuit. Etiã be
nedicta fuit ingrediẽs ꝛ egrediens. qꝛ de hac vita ſine dolore mortis
migrauit. ꝛ ſtatim corpe ꝛ aĩa celũ introiuit. Etiã tentationũ victori
am in ſummo habuit. qꝛ nunq̃ȝ in aliqua tentatõe vel ſemel venialr
cecidit vbi tñ iuſtus nõ ſolũ ſemel in die ſed ſepties cadit. Etiã ten
tationũ habuit ꝓuẽtũ. nõ ꝙ hũilior vel cautior ſurrexerit. ſꝫ qꝛ adeo
fortiter ſtetit ꝙ nec alicui tentatiõi in pũcto minimo ceſſit. Etiã ſum
mã refectõem habuit ſpũalez. vt ſupra in materia de beatitudinibꝫ ꝛ
fructibꝫ manifeſtũ fuit. Etiã celeſtiũ donorũ multiplicatõem in ſum
mo habuit. qꝛ grã plena fuit. vñ angel'. Aue grã plena. Etiã ſctõꝝ
ſocietatẽ in ſummo habuit. qꝛ ꝟginibꝫ. viduis. ꝯiugatis. actiuis. cõ
tẽplatiuis ꝯformis fuit. ꝛ ſil' etiã oĩm illoꝝ ꝓprietates ĩ ſummo ha
buit. q̃ ãgelicã ꝛ hũanã vitã ĩ ſummo habuit. vñ In plenitudĩe ſcõꝝ
detẽtio ei'. Etiã in hoſtibꝫ timoris incuſſio in ipa in ſummo fuit. qꝛ
terribilis vt caſtrorũ acies ordinata fuit omibꝫ. nimirũ. qꝛ caput an
tiq̃ ſerpẽtis ꝯtriuit ꝛ nos de maxilla ei' extraxit. Etiã tpaliũ ꝛ ſpũa
liũ ſucceſſio in ipa in ſummo fuit. qꝛ ꝯfidẽter de ſe dt. In me oĩs
grã vite ꝛ ꝟitatis. Etiã oĩs ſpes vite ꝛ ꝟtutis. Etiã in filijs ꝓſpatio
in ipa in ſummo fuit. qꝛ deũ genuit ꝛ hoĩem. ꝛ oẽm rõnalẽ vel recre
abilẽ creaturã recreauit. Etiã abũdãtiã diuine ſapiẽ ĩ ſummo habu
it. qꝛ nihil ignorauit. Etiã doctrine ꝑeminẽtiã in ſummo habuit. qꝛ
ſumme doctrine doctrix fuit. ſ diſcipline dei. ꝛ oĩa nobꝭ ꝑ ꝟbũ incre
atũ ꝑdicauit. Etiã bonoꝝ operũ frequẽtiã habuit. qꝛ q̃libet ope me
ruit. Etiã dignitatis excellentiã habuit in ſummo. qꝛ mr̃ dei regina
miſcdie extitit. Et ſic pꝫ q̃liter oẽs iſte bñdictões in bñdictõe btiſſi
(me ꝟginis ſꝫ ꝯphẽſe

POſt h̃ videdũ ẽ de bñdictõibꝫ datis filijs iſrael a moyſe. ſicut in Deutro. xxxiij. ſꝫ ꝯphẽſe. Ait igit
Quattuor di ad Ruben. Uiuat ruben ꝛ nõ moriat. ꝛ ſit ꝑuus in nũero. vbi quat
cũtur de ruben tuor dicũtur de ruben. Primũ eſt ꝙ viuat ꝑ grãm. et hoc eſt qd' dr. vi
uat ruben. Scdm ꝙ nõ moriat ꝑ peccatũ. ꝛ hoc eſt nõ moriat. Ter
ciũ eſt ꝙ paruus ſit numero. Quartũ addit glo. ꝙ maxim' ſit fide.

Et ſic ſufficiẽtia bñdictõis ſic ſumit᷑ Benedictio vel ẽ abſolute vel re ſpectiue. Si abſolute vel ẽ in malo vel in bono Si in bono ſic ẽ vi uat grã. Si in malo ſic ẽ. ⁊ nõ moriat᷑ ꝑ pctm̃. Si reſpectiue. vel h̄ ẽ q꞉ ſimilẽ in bono nõ habeat ⁊ h̄ eſt ꝙ ſit paruus in nũero. vel ꝙ alios excellat ⁊ ſic eſt maximus in fide Hec oĩa expꝛſſiſſime fuerũt in btĩſſi ma ꝟgine. in q̄ oĩs grã vite fuit. Itẽ q꞉ nũq̄ȝ peccauit Itẽ nec primã ſil'em viſa ẽ nec hñe ſeq̄nte Itẽ q꞉ in fide ⁊ oĩbꝫ ꝟtutibꝫ oẽs excellit

ſufficiẽ. bñdic. / *hec fuerunt in Maria.*

SEquit᷑ bñdictio Jude. Hec ẽ bñdictio iude Audi dñe vocẽ iu de ⁊ ad populũ ſuũ introduc eũ. manus ei⁹ pugnabit ꝓ eo. ⁊ ad iutoꝛ illi⁹ ꝯtra aduerſarios ei⁹ erit In q̄ ⁊ q̄ttuoꝛ ponũt᷑. Primũ eſt ꝑcũ exauditio ⁊ h̄ eſt. Audi dñe vocẽ Jude. ſcd̃m ẽ ad populũ intro ductio ⁊ h̄ eſt. ad populũ ſuũ introduc eũ. terciũ ẽ ſuıp̄ſi⁹ defenſio ⁊ h̄ eſt. manus ei⁹ pugnabit ꝓ eo. q̄rtũ eſt alioꝝ ꝓtectio ⁊ h̄ ẽ. adiutoꝛ il lius ꝯtra aduerſarios ei⁹. Et hm̃oi bñdictionũ ſufficiẽtia ſumit᷑ ſic. Bñdictio vel ẽ ad bonũ vel ad malũ Si ad bonũ vel ẽ ad finẽ ⁊ ſic eſt ꝑcũ exauditio. vel ẽ ip̄e finis ſic ẽ ad populũ introductio Si aũt ẽ ꝯtra malũ vel ſui ⁊ ſic ẽ ſuıp̄ſi⁹ defenſio. vel alioꝝ ⁊ ſic ẽ alioꝝ ꝓte ctio. Hec aũt oĩa fuerũt in btĩſſima ꝟgine digne in ſummo in q̄ fuit ꝑcũ exauditio ĩ ſummo. nã. iij. Regũ. ij. legit᷑ ipi dictũ in ꝑſona Ber ſabee. Pete mr̃ mi q̇d vis. nõ em̃ phas ẽ me auertere faciẽ ⁊c. Et in ꝑ ſona Heſter dr̃ ei Heſter. iiij. Etiã ſi dimidiũ regni petieris ĩpetrabis. nã ⁊ illã fili⁹ nihil negãs honorat. Itẽ ad ppl'm introductio ei ꝯue nit in ſummo. ip̄a em̃ vt colũna nubis populos in terrã ꝓmiſſiõis introducit ⁊ vt ſtella maris dirigit imo vt porta celi introducit Itẽ ſuıp̄ſi⁹ defenſio in ip̄a in ſummo fuit. q꞉ ab hoſte nũq̄ȝ leſa fuit Item adhuc ſuıp̄ſius defenſio in ip̄a in ſummo fuit. q꞉ alios ſic defendit ꝙ in ip̄a nec pugnã aduerſari⁹ ſumpſit. vtpote in q̄ ip̄e hoſtis oĩno ex tinct⁹ fuit. Itẽ alioꝝ ꝓtectio in ip̄a in ſummo fuit. q꞉ nos ab hoſte ꝓtegit auxilio. ab ira filij ſuffragio ⁊ exẽplo. Sic ergo pꝫ qualiter be atiſſima virgo habuit benedictõem Jude

q̄ttuoꝛ ponũt᷑. / *ſufficiẽ. bñdic.* / *hec fuerunt in Maria*

SEquit᷑. Leui d̄q꞉ ait Perfectio tua ⁊ doctrina tua a viro ſancto tuo. quẽ ꝓbaſti in tẽptatõe. ⁊ iudicaſti eã ad aquas ꝯtradictio nis Qui dixerit patri ſuo ⁊ matri ſue neſcio vos: ⁊ fratribꝫ ſuis igno ro vos ⁊ neſcierũt filios ſuos. hi cuſtodierũt eloquiũ tuũ ⁊ pactum tuũ ſeruauerũt. iudicia tua o Jacob ⁊ legẽ tuã Iſrahel. ponẽt thimi ama in furoꝛe tuo ⁊ ſup altare tuũ holocauſta. bñdic dñe fortitudinẽ ei⁹. ⁊ opa manuũ illi⁹ ſuſcipe. pcute doꝛſa inimicoꝝ ei⁹ ⁊ q̄ oderũt eũ nõ ꝯſurgãt. In bñdictõe iſta nouẽ ponũt᷑. Primũ eſt ꝑfectio vite ibi ꝑfectio tua. Scd̃ȝ ẽ altitudo doctrine. ibi ⁊ doctrina tua Terciũ ẽ xp̄i eductio. ⁊ h̄ ẽ viro ſctõ tuo. Quarta ẽ oĩm abnegatio. ⁊ h̄ ẽ q̄ dixerit patri ſuo ⁊c. Quintũ p̄ceptoꝝ ⁊ ꝯſilioꝝ ĩpletio. ⁊ h̄ ẽ hi cuſtodierũt

In hac bñdic. nouẽ ponũt᷑